









1678

- 20 a b, c, d Müller, Petrus: De molendinis in genere et in  
specie potissimum de barnariis. 4 Saempt. 1678, 1711  
5-1738
21. Müller, Petrus: De periculo in mora.
22. Müllerus, Petrus: De debito bonorum subsidio.
23. Müllerus, Petrus: De hierologia seu benedictione  
sacerdotali.
- 24 a, b Müllerus, Petrus: De pecunia papillari.
- 25 a, b, c. Müllerus, Petrus: De persecutione laporum.  
3 Saempt. 1678, 1680 5  
1738.









*Pr. 34. Pr. 16.*

DISSERTATIO IVRIDICA  
DE

PECVNIA PVPILLARI

EIVSQUE  
ADMINISTRATIONE,

GERMANICE:

Von Unmündiger Kinder-Gelde,  
und desselben ohnsträfflichen Verwaltung.

QVAM

PRAESIDE

PETRO MVLLERO,

V. I. D. ET PROF. PVBL. ORD.

AD D. XXI. APRILIS MDCLXXVIII.

IN ICTORVM AVDITORIO

PVBLICE PROPONIT

CASPARVS THILO,

LIGN. SILESIVS.

*152 P.*



CVM INDICE RERVM PRAECIPVARVM  
IENAE

TERTIA VICE RECVDIT IO. BERNH. HELLERS, 1740.



DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
PECUNIA PAPILLARI

ADAMNISTRATIONE

IN  
CIVITATE  
SACRATAE

PIETRO MULLERO

IN  
CIVITATE  
SACRATAE

CASARAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXIII

158



IN  
CIVITATE  
SACRATAE





I. N. D. N. J. C.

## INTROITVS.



ure meritoque *pecunia* rerum ge-  
rendarum nervus habetur *l. 1. §.*  
*in causa 20. ff. d. questio. & se-*  
cundus hominis sanguis dicitur.  
Sicut enim sanguis est vehicu-  
lum animæ & vitæ naturalis ; Ita bona sunt vehi-  
culum vitæ civilis, quibus diminutis dignitatis a-  
cies hebescit, uti eleganter loquitur Reinking. *d.*  
*Reg. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. cap. 27. num. 87.*  
Propterea Reipublicæ interest opes istas civibus  
conservari, ut corpus universum & validius susti-  
neri, & idem moveri promptius possit, Gregor.  
Tholosan. *3. d. Republ. cap. 1.* Sunt autem homi-


A 2

nes

nes in Civitate viventes non unius ætatis atque iudicii, ut pari prudentiâ rebus suis interesse valeant; inprimis *pupilli*, utpote imperfectæ ætatis, semetiplos regere non possunt, neque bona sua tueri; Hinc Legumlatores naturalem æquitatem sequuti de pupillis, tanquam seminario Reipublicæ, eorumque rebus servandis maxime solliciti fuerunt. Imperator *Marcus Antonius* Prætorem pupillarem novum creavit, quem *Tutelarem* nominavit, *Divus Severus* Culpio Rufino rescripsit: omnem se rationem adhibere subveniendis pupillis: cum id ad curam publicam pertineat *l. 2. §. Divus Severus ff. qui pet. tut. vel curat. add. Justiniani Novell. 72. in princ.* Prævit illustrissimus quondam apud Thuriolos Tabularum Legalium Author *Charondas*, qui plenas quoque (cei refert Diodor. Siculus *lib. 12. Bibliothec.*) in pupillorum favorem, de Eorum educatione conceptas leges civibus suis tradidit. Nec non hodie in Rebus publicis bene constitutis peculiare Consilium pupillares, **die Vormundschafts-Räthe** constituuntur. Ut taceamus alia innumera beneficia, quibus Pupilli in Jure condecorantur; Ex quibus de Eorum Pecunia, Ejusque jure singulari hac vice agendi dissertationemque pro cathedra ventilandam conscri-

scribendi est animus. Faxit Deus ut omnia in  
Altissimi gloriam & Reipublicæ emolumentum  
fiant!

Th. I.



**P**ecunia dicitur à pecudibus, & est quasi pecu-  
lium patrisfamilias ex pecude æstimatum,  
Alciat. *ad l. 5. ff. d. Verb. Signif. & Columell.*  
*in præfat. lib. 6.* qui Veterum totum patri-  
monium in pecudibus repositum fuisse, omniaque neces-  
saria, fundos, domos, esculenta, poculenta pecudibus  
sibi comparasse satis aperto testantur.

Th. II. *Istius appellatio complectitur in genere*  
*tam res mobiles, quam immobiles, corporales & incor-*  
*porales l. pecun. appellat. 178. l. pecun. verb. l. pecun. nomin.*  
*ff. d. v. s. ibique Gœddeus in commentar. modo sicut in pa-*  
*trimonio d. l. rei. appellat. denn es kan alles zu Selde ge-*  
*machtet werden; tot. iii. ff. d. constitut. pecun. l. nam quod*  
*in fin. ff. ad Trebell. l. pecunia nomine ff. d. legat. 1. Joh. Ze-*  
*phal. conf. 12. num. 28. Andr. Fachin. lib. 5. controvers. c. 11.*  
*post princ. vers. huc accedat.* Denotat quoque istud voca-  
bulum omnes & solas res, quæ in mutuum cadunt, id est,  
pondere, numero & mensura constant *l. 30. pr. ff. d. legat.*  
*1.* Strictius solam pecuniam numeratam, ut in *l. 7. §. 3.*  
*ff. ad SC. Maceon.* Bartol. in *l. talis scriptura ff. d. legat. 1.*  
*num. 2.* Arius Pinell. in *l. 1. §. 2. C. d. bon. matern. num. 50.*  
*vers. sic potest de jure.* Nobis consideratur pecunia, vel  
quæ ex alienatione tam mobilium quam immobilium  
comparatur, vel quæ destinatione talis est.

A 3

Th. III.

Th. III. Pecuniam pupillarem eiusque administrationem consideraturi sumus, vel prout habet *communiam* cum aliis rebus ad pupillum pertinentibus, quam quod *singularia* circa eam versantur.

Th. IV. Denominativum *Pupillare* derivatur à *pupillo*, quod vocabulum deducitur ab antiquo vocabulo *Pupo*, qua dictio Puerum significat, & olim *Pupam* dixerunt, quæ nobis hodie *Puella* audit Martialis :

*Pupam* se dixit *Gellia*, cum sit *Anus*.

Sumitur ea vox vel *generaliter*, pro quovis impubere, qui nondum pubertatem ingressus est, licet sit in potestate alterius *l. 8. §. 1. ff. d. acquir. vel omitt. heredit. ac filius familiaris l. ult. §. 2. ff. d. Verb. Obl. vel stricte*, qua Pupilli nomen per ætatem relationem ad Tutorem habet: hoc sensu usurpatur in *l. 4. d. in lit. Jur. l. 13. d. tutor. Et curat. dat. ab bis, in l. 239. pr. ff. d. V. S.* dicitur Pupillus, is qui cum impubes est, desit in potestate Patris esse, aut morte, aut emancipatione *pr. Et §. 6. Insti. d. tutel. cum definit*, quod sit *Persona impubes sui iuris*.

Th. V. *Administrationis* vox composita est ex præpositione *Ad*, vim intendi habente, & *Ministratione*, quæ à *Ministro* descendit, qui græco idiomati est *Διακον*. Unde ministerium, ministrare, & ex hoc administrare, administrator, administratio: h e, ministerium non vulgare, quod servorum, famulorum est, D. Frommann. Jct. Tübing. *dissert. d. administrat. adventitior legitum. tb. 1.* sed quod cum virtutis aut eminentiæ gradu cum quadam vi ac potestate à superiore, vel Domino informatum est, ut proprio quasi iure, & vi ipsius officii, agere quis possit ea, quæ alias speciali iussu opus habeat *arg. l. 1. §. 1. l. 3. ff. d. offic.*

*offic. ej. cui mand. jur.* In Jure adiungitur in genere negotiis alienis *l. 8. pr. § t. d. negot. gestis.* rebus pupillaribus & curandorum *t. t. ff. § C. d. admin. tut. § curat.* & denotat vim ac potestatem versandi circa res alienas, perinde, ac Dominus vel Superior id in commodum suum faceret *l. 7. pr. ff. d. donat. l. 28. in fin. ff. d. pact. D. Frommann. cit. loc.*

Th. VI. Ex hisce facile constat, quid sit pecunia pupillaris, scil. *que propria pupilli est § sub administratione aliorum;* Eiusdem vero administratio est *vis ac potestas patrifamilias vel tutori circa pecuniam, que est pupilli propria, ad libere administrandum jure concessa ac data.*

Th. VII. *Causa efficiens* administrationes pecuniæ pupillaris respectu Patriæfamilias est *Patriæ potestas,* quæ iuris Civilis Romani est *§. 2. inst. d. patr. potest. l. 8. pr. ff. d. his qui sui.* & Civium Romanorum propria *l. 3. ff. eod.* formaliter eam considerando, Hahn. ad Wesenb. *ff. d. t. inprimis* quoad effectum usufructus singularem non tam naturalibus principiis accepto ferenda est, sed iuri Quiritum propria, ex suppositione legislatorum, non solum quod pieras paterni nominis pro liberis capere præsumatur consilium *l. 7. pr. C. d. cur. furios.* adversus quem nulla circumventionis suspicio veniat, *l. pen. vers. neque enim C. d. adopt.* sed quod eo ipso dum leges fructus concedunt patri, probabile non sit, eum velle usufructum suum diminueri *arg. l. 25. pr. vers. qui enim ff. d. probat.* Eleganter *Surd. consil. 451. num. 29.* Patris aut fides probatur ratione proprii commodi, quod ita utilitati filii coniunctum connexumque est, ut nullum filius detrimentum irrogari possit, quod non esset commune quoque cum patre ex quo patri quaeritur usufructus. *Q. An Pater etiam in peculio*

*culio extraordinario seu irregulari habeat administrationem?*  
 Puta, si pecuniam ab aliquo Parentum vel etiam extraneo  
 ea lege atque conditione filiofamilias delata vel testa-  
 mento relicta sit, ne ad patrem usufructus pertineat  
*Nov. 117. cap. 2.* Et quamvis talis administratio à priori  
 plane diversa sit, Carpz. *Jurispr. for. p. 2. c. 10. d. 11.* affir-  
 mandum tamen est, gubernationem spectare ad patrem,  
 per *l. 7. C. d. cur. fur.* nisi Curator ab adimente usumfru-  
 ctum filio tali heredi institutio sit constitutus, *d. Nov. Me-  
 vius part. 7. decis. 356. n. 7.* & tunc pater omnino repellitur  
 ab administratione, quo casu Mevius putat, quod nihilo-  
 minus inspectio administrationis patris. integra sit, scilicet  
 ratione sui interesse & futuræ successione, cuius virtute  
 Tutor ipsi inventarium & rationes communicare tenea-  
 tur, ipseque de iis, quæ perperam fiunt, monere, & emen-  
 dationem petere queat.

Th. VIII. Respectu Tutorum est partim *Jus Genti-  
 um*; Naturali enim Juri conveniens est, præfici quosdam  
 iis, qui cum perfectæ ætatis non sint, neque rebus suis  
 peragendis sufficiant, ut aliorum consilio & autoritate  
 regantur, eorumque bona quoque administrantur; par-  
 tim *Jus Civile*, quod prius approbavit, normam formam-  
 que præclaris legibus & Principum constitutionibus salu-  
 taribus præscripsit, Manz. *ad tit. ff. d. tut. qu. 1.* idque non  
 solum propter privatam pupillorum, sed ipsius Reipubli-  
 cæ utilitatem, cujus interest, ut pupillis & minoribus sub-  
 veniatur *l. 12. §. que autem 2. qui petant. tutor. vel curat. We-  
 senb. ad §. conseq. Institut. d. suspect. tutor.*

Th. IX. Subjectum administrationem hanc susci-  
 piens activum est Paterfamilias adventitiorum bonorum  
 liberorum, usumfructum habens *l. 1. l. 4. l. 6. §. 2. l. f. C.  
 d. bon.*



*d. bon. qua lib. l. 1. C. d. bon. mat.* Ut autem hæc administratio locum habeat, duo copulative requiruntur, D. Fromm; J.C. Tübingenf. *diff. d. Administr. adventitior. legitim. tb. 15.* nempe ut eam exercere volens sit ejus, cujus bona illa sunt, Paterfamilias, sive factus talis per nuptias, vel per legitimationem, vel per adoptionem, & ut habeat usumfructum *d. l. 6. §. 2. d. bon. qua lib.* Anton. Capyc. *dec. 56. n. 4. p. 80.* ex quo enim in peculio ab extraneo curator constitutus est, ad patremf. administr. non spectat, per supra dicta, P. Paris *v. 4. conf. 157. n. 15. & seqq.* Steph. Grat. *decif. 76. n. 9. & 49.* D. Frommann. *d. l.* ubi notat circa hoc subjectum, quod nullus hic habeatur respectus facultatum patris administrantis: Pauper an dives fuerit, nihil refert, Pinell. ad *l. 1. C. d. bon. matern. p. 2. num. 35. p. 109.* Quod si tamen prodigalitate lapsus esset facultatibus suis, quoniam ipse curatore indiget, administratio ei nullatenus concedenda, sed utrique & Patrif. & filio dandus Curator, ut utriusque indemnitati consuleretur, arg. *l. f. C. d. legit. tutor. junct. §. major. 13. Inst. d. excus. tut.* Ant. Faber in *Cod. lib. 6. tit. 23. def. 7. n. 3.* ut ut usufructus ipsi non adimatur arg. *l. 8. ff. d. bis qui sui vel alien.* Giphan. ad *l. 6. C. d. bon. qu. lib.*

Th. X. Vel Patre deficiente administratio hujus pecuniæ venit ad Tutorem; & licet principaliter detur *Personæ*, in consequentiam tamen etiam *Rebus. l. 1. pr. ff. d. tutel. l. 30. d. administr. tutel. l. 1. pr. ff. d. leg. tut.* Triplicis autem generis tutores esse perquam notum est; nempe *Testamentarios, Legitimos & Dotivos.* Testamentarii sunt, qui à Parentibus jure potestatis patriæ liberis suis impuberibus in sacris constitutis dati sunt; & libera testatoris dispositioni relictum est, quem nam velit relinquere tutorem;

JX. d. T.

B

rem;

rem; modo à legibus non excludatur, uti est Infans, cuius nullus est intellectus, quique non multum à furiosis distat §. 9. *Inst. d. inut. stipul. furiosus & minor 25. annis §. 2. Inst. qui test. tut.* Quæritur, an minor venia ætatis impetrata tutor esse ante annum XXV. prohibeatur? *Affirmat.* quia tutela est munus publicum, circa munerum autem publicorum delationem ætatis non minima habenda est ratio *l. 14. §. 5. d. muner. & bon. Stephani d. Jurisdic. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 143.* & veniam ætatis ad liberiores propriarum rerum dispositionem, non verò ad negotia aliena concedi indubie patet *ex l. 2. C. d. bis, qui ven. ætat.* Quoad illustres tamen personas, qui veniam ætatis impetrarunt, non pertinere statuit *Limæus ad A. B. c. 7. §. 2. tb. 25. Num Pater tutorem dare possit pecunia pupillari? Negat.* Denegatum enim est testatori, ne tutorem certæ rei utpote *fundo Tusculano*, aut certæ causæ veluti *negotii vel litis*, aut *ut filium impuberem literas doceat* constituat §. 4. *Instit. qui testam. tut. dare poss.* ne scilicet magis videatur causæ aut rei tutorem dedisse, quam personæ, contra *l. 14. ff. d. testam. tut.* *Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 8. tb. 2. lit. K.* Principaliter enim, uti supra dictum, personæ pupilli tutor datur, Secundario vero & in consequentiam etiam rebus ad pupillum pertinentibus *l. 12. §. 3. ff. d. admin. tut.* adeo ut nec tutor possit dari personæ pupilli, deductis rebus & pecunia, ita ut alius eandem administret *l. 12. ff. d. test. tut.* Tutor tamen à matre datus, quæ jus potestatis in filium non habet, adeoque in personam dare nequit tutorem, potius in rem, quam in personam dedisse videtur *l. 1. ff. d. test. tut.* habet enim jus in res ipsas sive in patrimonium pupilli, unde potius administratorem quam tutorem dedisse dicendum est, *Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 8. tb. 2. lit. c. vers. & hic tutor.*

Th. XI. A patre non relicto tutor emunus hoc Administrationis suscipiunt, quibus leges delatam volunt tutelam. Et quamvis Tutela sit virile officium neque regulariter sceminis committatur *l. tutela l. scemina ff. d. tutel. cujus rationem dat Imperator Alexander in lib. 1. C. quand. mulier tutel. officio* dicens: *ultra sexum scemina infirmitatis tale est officium.* In Matre tamen & Avia consilii & prudentia defectum supplet Affectus, quo liberos prosequuntur, summus; quippe longe effusius amant matres genitos quam patres, Aristot. 2. *Eundem. 8. in fin.* proinde irregulariter permittitur Matri tutela, non quia heres est, sed quia mater est, & ex fiducia quam erga eam leges habent, Chassan. *in consil. Burg. rubr. 6. §. 4. gl. 2. n. 5.* Curtius Senior *Conf. 46. n. 15.* Treutler. *vol. 2. disp. 8. tb. 3. lit. D. ibique Bachov. Johann. à Sommern. d. Jure Novercar. c. 5. Manzius d. Tutelis qu. 8. num. 50. in fin.* Olim Jure Digestorum & Constitutionibus Codicis Mater testamentariis & legitimis non existentibus, liberorum tutelam à principio specialiter impetrabat, *l. 2. l. 3. C. quando mul. tut. offic. l. 18. d. tutel.* Nova autem Constitutione Justiniani factum est, ut mater illam sine speciali Principis concessione & indulgentia in se recipere possit, *Novell. 118. cap. 5. Petr. Gudelin. d. jure noviss. lib. 1. cap. 17.* Dissentit Frider. Pruckmann. *in tract. d. differ. utriusque sexus part. 1. membr. 2. art. 6. n. 4.* Jure quoque Saxonico Mater ad liberorum tutelam admittitur, *Land-Recht lib. 1. art. 11. Carpz. part. 2. Jurispr. for. const. 11. d. 11. n. 8.* An autem Mater per expressam pupillarem substitutionem à liberorum successione exclusa *c. 1. d. testam. in 6. l. 8. §. 5. ff. d. inoffic. testam. l. 9. C. d. impub. & aliis substit.* Carpzov. *p. 3. c. 8. dec. 1. hoc ipso à liberorum tutela videatur exclusa? Neg. u. Licet a-*

him tollatur successiones spes, per hoc tamen non statim extinguitur naturalis Matris erga liberos charitas, quæ hanc irregularem tutelam extorsit. Joh. Vincent. Hon- ded. *vol. 1. part. 5. consult. 58.* Menoch. *d. arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 150. n. 37.* Joh. Petr. Surdus *decis. 48. n. 3. & Consil. 428. n. 3.*

Th. XII. Non solum Mater, sed etiam Avia tute- lam Nepotum suscipere potest *d. Novell. 118. c. 5.* siquidem Avia Nepotes non minus quam Mater filios amare præsu- mitur *arg. l. 102. ff. d. condit. & demonstr. l. 220. §. fin. ff. d. Verb. Signif.* Joh. Petr. Surdus *d. aliment. t. 4. qu. 13. n. 16.* & amor descendit potius, quam ascendit. Hinc si Mater & Avia per Statutum à filii nepotisve successione exclu- datur, exinde tamen ad ejus tutela exclusã non censetur, uti infert Salicet. *ad Authent. Mater & Avia g. 9.* Non au- tem hæc tutela Matri & Avia simul defertur, sed *successi- ve*, scilicet, primum Matri, & post illam (si mortua sit, vel tutrix esse nolit, vel non possit) Avia *d. Nov. cap. 5.* quemadmodum enim Mater à successione liberorum A- viam excludit, ita etiam in tutelæ administratione illa præ- fertur, *d. c. 5.* Menoch. *de arbitr. Jud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 150. n. 39.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 8. tb. 3.* quam- vis hoc argumentum alias claudicare videatur. Quæ- nam autem intelligitur Avia, an *Materna*, an *Paterna*? Nil refert; Generalis enim est Justiniani Constitutio & Avia tutelam indistincte permittit. *Novell. 118. c. 5.* lege autem non distingvente nec nostrum erit distingvere *l. 8. ff. d. publ. in rem action.* Quid si matre mortua & Paterna & Materna concurrant? Utraque ad tutelam admittenda erit, *d. Authent.* utraque enim in æquali gradu ascen- dentis lineæ existit; ex paritate causæ & ob æqualem pro- ximi-

ximitatem ambæ admittendæ erunt *Nov. 94. c. 1. Carpz. p. 2. decif. 122. D. Eckolt. in dissert. mang. de tutela matern. 1b. 24.* Si Mater concurrat cum avo materno, illa preferenda est, exuberat enim affectio matris, quæ ipsamet liberos peperit; neque absurdum est, scæmineo sexui illud quod ob singularem affectionem indultum, non auferri, Dn. Hahn. *diff. d. Tutel. Matern. 1b. 48.*

Th. XIII. Defertur tutela Matri vel Avia non simpliciter, sed sub certa forma, observato certo ordine & modo. Renunciare enim debet *Secundis* (id est iteratis) *Nuptiis*, *Nov. 94. c. 2.* idque in favorem liberorum, & ex mala præsumptione, quam de matribus iterato nubentibus lex capit, introductum est; Conditio enim liberorum per futuras matris nuptias deterior fieri censetur; cum scæminæ plerumque novis maritis non solum res pecunias liberorum, sed etiam vitam addicant, *l. 22. circa fin. C. d. administr. tutel.* Sciendum tamen est, Renunciationem istam Secundarum nuptiarum non adimere Matri vel Avia potestatem contrahendi matrimonii, sed hoc saltem efficere, ut mater, semel in judicio mentita, & propriæ confessioni ac depositioni secundas concupiscentias præponens, quamprimum contraxerit nuptias, à tutela protinus expellatur *Nov. 94. c. 2. in fin. Eckolt. d. l. 1b. 71.* Porro renunciet beneficio *SC. Vellejani*, quo scæminis pro aliis intercedentibus auxilium præstatur, *l. 2. l. 3. C. quand. mul. tutel. offic. Carpzov. Jurispr. Forens. p. 2. c. 4. d. 11.* quippe tutela pro intercessione habetur, non minus ac fidejussio pro alio, ut notat Cujacius *ad Novell. 22.* sequiturque Rittershusius *ad Novell. p. 8. 2. n. 9.* & nisi mater hanc haberet exceptionem, omne foret irritum & inane, quod pupilli nomine contractum, Pruckmann. *de Jur.*

*Jur. mul. p. 1. pr. m. 2. art. 6. n. 7.* & hanc renunciacionem de substantia hujus tutelæ esse probat Bartol. *in d. Authent. edoceri tamen debet de privilegio, idque in judicio, coram actis, Montan. d. tutel. c. 15. n. 69. Cravetta consil. 226. num. 6. 7.* Nonnulli volunt renunciandum esse omni alii legum auxilio per *l. fin. C. quand. mul.* quæ matri imponit, quod omne aliud legum auxilium repudiet, quod & *Naveil. 49. c. 2.* confirmat. Et hanc quoque renunciacionem de substantia esse statuunt *Capycius dec. Nov. Neapol. 5. n. 7. Guitierrez. d. tutel. p. 1. c. 8. n. 32.* quam in specie sine ista beneficia, istud exponit Paul. *Montan. de tut. c. 25. n. 64. & seqq.* Fit hæc renunciatio de jure novo absque juramento, *Novell. 94. c. 7.* in qua Imperator remisit Matri & Avia Jusjurandum, contentus renunciacionibus injuratis. Juxta Recessus Imperii tamen jurata renunciatio necessaria videtur, *Ordin. Camer. d. anno 1533. §. der Eyd so einer zu Vormunder, & Reform. Imper. Polit. anno 1548. tit. von den Pupillen. Ordin. Camer. d. anno 1555. p. 1. tit. 76. & Reform. polit. anno 1577. tit. 20.* Daß ein jeglicher Vormunder / Er sey gleich Testaments. weis verordnet / oder durch das Recht oder Richter gegeben / mit Gelübden und Eyden soll beladen werden / & ita apud *Andr. Gylman. Synobor. supplic. Camer. part. 2. lib. 1. supplic. 1.* legitur, quod Comitissa quædam Mater, petens se confirmari suorum liberorum tutricem, in precibus ad Imperialem Camera inrer alia ad juratam renunciacionem sese obtulerit, videatur. Idem *Gylman. p. 3. tom. 2. tit. 18. supplic. 21.* ubi petiit mater una cum aliis contutoribus se tutricem declarari, add. *Rutger. Ruland. d. Commissar. & Commission. p. 3. l. 5. c. 16. n. 6. Mevius ad Ju. Lubecens. l. 1. tit. 7. art. 2. n. 43.* ubi dicit, generaliter invaluisse, ut indidicte

fincte exigeretur juramentum ad illis, qui tutelam vel curam suscipiunt; Licet vero alicubi contrarium servetur, quin nec in masculis tutoribus semper juramentum requiratur, eum & in Halberstadenſi Ducatu obtinet, Ordin. Cancell. l. i. c. 16. rectius tamen & longe utilius est à ſolenni juramento non recedere. Præjudicia Camera- lia ſunt intelligenda de juramento tutorio mulieri utique præſtando. D. Hahn. d. tutel. matern. lb. 56. Quæ de Tu- tela Materna, utpote extraordinaria dicuntur, ſuſcipien- da, intelliguntur, ſi Mater vel Avia voluerint; Invita enim cogi non poſſunt d. Aub. matr. & avia d. Nov. 118. cap. 5. Hoc enim nimis durum foret & inhumanum, matrem ſcilicet & aviam, non ſolum oneroſa liberorum ſuorum tutela implicare, ſed inſuper invitâ à ſecundis nuptis ar- cere omnibusque privilegiis interim privare. Joan. Gu- tierrez. tr. d. tutel. p. 1. c. 2. n. 5.

Th. XIV. *Agnati* ſicuti ex lege 12. tabb. ſunt tuto- res, cum ſentiant emolumentum ſucceſſionis, onus quo- que tutela ejusque adminiſtrationem habent *tit. Inſtit. d. legit. patr. tutel.* Sunt autem agnati, qui per virilis ſexus perſonas cognatione conjuncti, & quaſi à patre cognati dicuntur, *die eines Nahmens / Schildes und Helmes ſeyn / vulgo Schwerdmagen*, de jure veteri agnati tam in ſucceſſionibus quam tutelis cognatos penitus exclude- bant §. 1. *Inſtit. d. tutel.* propter ordinem, familiarumque dignitatem conſervandam l. i. *verſ. publice ff. d. ventr. in- ſpiciend.* Hodie tamen Agnatorum & Cognatorum dif- ferentia quoniam quoad ſucceſſiones eſt ſublata Nov. 118. cap. 1. & 4. cognati quoque æque ac agnati ad tutelâs vo- cantur d. Nov. cap. 5. & *autb. ſicuti hereditas C. d. legit. hered.* Quid ſi plures ſint ejusdem gradus? Magis idoneo com- mitti-

mittitur tutela, periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur, & substantiis eorum minoribus pro administratione tacite subjacentibus *d. Auth.* De jure Saxonico *Agnati Cognati* præferuntur, ut semper ad proximiorum, & inter plures proximiores ad Seniores onus tutelæ spectet, textus est *in artic. 23. & art. 49.* ibique Gloss. & Zobel. *in Addit.* sive bona sint allodialia, sive feudalia, Carpzov. *lib. 5. Resp. 81. n. 16.* & ita responderunt Scabini Lipsienses anno 1637. Und ist von Ihnen mehr nicht, als das kleinste Söhnlein überblieben / dessen nächsten Freunde auf der einen Seiten seyn des Vatern Bruders drey Kinder / uf der andern aber Ihr der Mutter fünf vollbürtige Brüder &c. So gebühret bemeldtes unmündigen Hansens Reichels Vormundschaft des Vatern Bruders ältesten Sohne / als nächsten ältesten Schwerdmagen / alleine billich und so lange unter denselben einer vorhanden / habt Ihr, als Cognati, Euch solcher Vormundschaft nicht anzumassen. **B. K. W.**

Th. XV. Quando nullus pupillis impuberibus relictus est à patre in testamento tutor, aut relictus quidem, sed ob rationem aliquam forte impeditur, neque agnatus vel cognatus superest, qui tutelam impuberis subire queat, *Magistratus competens* ad Matris aut propinquorum petitionem, vel, si nemo petat, ex officio, de pupillis sollicitus esse ac tutorem dare debet *tit. Instit. d. Atilian. tutor.* ac jure hodierno quilibet Magistratus ordinario jure & vi Magistratus tutores constituere debet. Ordin. polit. Carol. V. *Auguste anno 1584. promulg.* & à Rudolpho II. Francofurti anno 1577. confirmata **VOR der Pupillen und Minderjährigen Kinder Tutorn und**



und Vormundern. Mater si adit vel Avia, ex necessitate tenentur liberis non tantum legitimis, sed & naturalibus, tutores petere *l. 6. 9. 10. Et fin. C. qui pet. tutor.* adeo, ut si intra annum petere negligant, ab hæreditate pupilli tanquam indigna repellatur *l. 2. §. 1. Et 2. l. 10. C. d. legit. hered.*

Th. XVI. Ex Justiniani Constitutione in Nov. 72. *Et authent. minoris debitor. C. qui dare tutor. aut curat.* Debitor vel Creditor minoris tutor esse nequit, quia cum ejusmodi Tutores & Administratores penes se omnia habentes Instrumenta res & bona minorum facile possunt Instrumenta crediti & debiti solutionem probantia intercipere, quibus machinationibus Imperator per istam sanctionem voluit occurrere, Salycet. *in d. Auth. minores.* Et si tutelam pupilli Creditor suscipiat nec se excuset, amittit creditum, Brunneman. *consil. 81. n. 13.* Excipitur tamen Mater creditrix, Idem *n. 20.* Quid si pater sciverit debitum, & nihilominus Debitorem vel Creditorem liberis suis impuberibus tutores dederit, an datio subsistat? Ita voluit Wesenbec. *in parat. ff. d. tutel.* Bachov. *ad Treutler. vol. 2. disp. 8. th. 4. lit. C.* Carpz. *p. 2. c. 11. d. 19.* Philipp. *ad Instit. Usu practice lib. 1. eccl. 79.* Dissentit Eckolt. *ad ff. de tutel. § 5.* Vitricum posse constitui tutorem ex *l. si pater. 3. ubi DD. C. d. contrar. jud. tutel.* asserit Magnificus D. Struvius *in decisionib. Sabbathin. cap. 22. dec. 2.* Wurmsfer. *lib. 1. pract. observ. tit. 38. observ. 4.* adeo ut si constet de affectione singulari vitrici erga pupillum, vel aliz circumstantiaz id exigant, juxta cognitionem Magistratus etiam consanguiniis preferatur, Menoch. *lib. 7. presumt. 52. n. 3. Et d. arbitr. jud. quest. cas. 151.*

Th. XVII. Circa hosce pecuniæ pupillaris admittit-

C

nitra-

nistratores non levis est differentia. Quod enim Antecedentia administrationis concernit, omnis Tutor sine testamento datus vel codicillis confirmatus *l. Decreto* seu *Confirmatione Magistratus* opus habet, in der Reformation *guter Policey* d. anno 1548. & d. anno 1577. tit. *Von der Pupillen und Minderjährigen Kinder* Tutorum und *Vormunden* D. Richter *decis. 83. n. 162.* qua confirmatione & Mater & Avia opus habent, & decreto confirmatio personas suas legitimare debent, Carpzov. *d. jure formin. disp. 2. pos. 2. n. 14. & 15.* Pater vero à decreti Magistratus necessitate immunis est; est enim hæc administratio liberrima *l. 6. §. 2. ibi: plenissimam potestatem gubernare, C. d. bonis que liber.* sin autem expetere decretum necesse haberet, non foret liberrima, *Besold. in delib. ex lib. 2. ff. quest. 20.*

Th. XVIII. II. Tutor *Inventarium* seu Repertorium debet conficere; Illud enim caput ac fundamentum rationum reddendarum est, *Gail. lib. 2. observ. 138. n. 6.* *Treutler. disp. 8. tb. 5.* adeo ut confectio inventarii haud possit remitti, non enim potest remittere testator id quod ad solius heredis damnum pertinet *arg. l. pen. C. ut in possess. legat.* ita certe neque in hoc ipsius satisfieri voluntati debet, *Perez. C. d. administr. tut. n. 3.* quæ pupillo non nisi insignem importat jacturam & detrimentum, cujus alias in jure favor maximus, ut inquit Christoph. ab Hagen *d. Usuris. c. 5. n. 298.* imò hac inventarii remissione videretur testator & fraudes & dolos simul concessisse tutori. *Treutl. d. l.* Neque Mater tutrix à necessitate conficiendi inventarii immunis est, sed, si hoc facere neglexerit, ad juratam specificationem tenetur, *Carpz. par. 2. const. 11. de f. 6. & 7.* Potest tamen Judex remittere confectio-

fectionem inventarii *solemnem*, ne secreta patrimonii pupillorum revelentur *arg. l. 2. C. d. alim. pupill. prest.* vel si cefator inventarii confectionem prohibuiffet, confifus forte de probitate tutoris, aut ne secreta patrimonii pandantur *l. 2. C. d. alim. pupill. prest.* eo casu tamen privatim rationes consignari debent *Carpzov. d. l. def. 4. § 18.* debet autem Inventarium in praesentia publicarum personarum rerum omnium tam immobilium quam mobilium, ad quas etiam pecunia pertinet, quanta in parato seu numerato inventa, vel in debitis reperta fit; nec tamen fufficit nude consignasse quantitatem pecuniae, sed qualitas quoque annotanda est, v. g. num sint ducati, num alius monetæ partes; una enim præ altera majoris est valoris atque carius expendi potest. Debet quoque desuper Instrumentum fieri *l. 21. C. d. adminiftr. tut.* Ordinat. politic. d. anno 1577. von Pupillen / & Ref. Polit. d. anno 1518. eod. ibi: **Daf er nach befohlener Verwaltung von allen Güthern liegend und fahrend / Schulden, Brief und Siegel ein Inventarium aufrichte** quænam in super ad legitimam hanc confectionem requirantur, vid. apud Roland. à Valle *tr. d. invent. part. 3. Titulum d. invent. c. 3.* Quod si intermiserit tutor conficere talem confectionem, dolo id fecisse censetur, nisi iustissima aliqua causa, cur id factum non sit, allegari possit *l. 7. ff. d. admin. tut. Stuck. consil. 4. n. 102.* & quasi suspectus ab officio removeri, & poenis legitimis subijci *l. §. 1. C. arbitr. tutel. & pupillo tenetur in id quod interest, & contra eum in litem juratur d. l. 7. ibi Brunnem.* Quod autem Patrem atinet, eum sanctitas legum à ratiociniis excusat *l. final. §. 4. in fin. C. d. bon. qua liber.* noluerunt eum leges in paternam reverentiam tam injuriæ

juriosa esse, ut patremfamil. implicitum utique interesse suum propter usufructum habentem subicere voluerint tam gravi suspicioni, D. Fromman. *d. admin. advent. legit. 1b. 32.* talem potius in Patre fiduciam collocant, ut eundem ab omnibus, per extraneos quosunque usufructuarios, præstandis oneribus liberandum existimaverint *l. 8. §. 3. ff. quod met. caus. Perez. ad tit. C. d. bon. qua lib. n. 16.* Pacius in *analys. C. eod.* Nisi perversa sit patrisfamil. in his bonis administratio, & periculum dissipationis Mynsing. *lib. 2. observ. 93.* tunc enim ad Inventarii confectionem adstrictus est *arg. l. 2. ibi: nisi ex magna causa C. qui & advers. quos Finckelthaus observ. 76. n. 16.* & hanc sententiam Facultas Juridica Lipsiensis anno 1634. præjudicio confirmavit. Vel si secundas Nuptias paterfam. contraxerit, Mevius *ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. artic. 21. n. 13.* hoc casu confidentia, quam lex habet de patre erga liberos cessat, *l. fin. §. fin. autem C. d. bon. q. liber.* ergo & hujus affectus, scilicet remissio Inventarii solennis cessare debet Paul. Christinæus *vol. 1. decis. Belgic. 10. n. 5.* vel si sit admodum negligens in administrandis bonis Döring. *Biblioth. JCor. voc. administrator vers. 87. n. 439.* Et hæc de solenni Inventario sunt intelligenda. Prukm. *vol. 1. c. 48. n. 41.* Quoniam vero de ipsa substantia olim Pater rationes redditurus est, juste & honeste intermittere nequit *designationem bonorum*, Rauchbart. *p. 1. quest. jur. Civ. & Sax. 30. n. 32.* idque facere debet ad diluendam omnem pravæ administrationis suspicionem, Mevius *ad jus Lubec. p. 2. tit. 2. art. 21. n. 7.*

Th. XIX. III. Tutor *satisfare* debet, seu stipulanti promittere se pupillum indemnem præstiturum, & da-

& dare fidejussores, qui, quod tutorem ex ea causa præstare oportebit, spondeant. *tot. tit. Inst. d. satisfat. tutor. l. 1. ff. rem pupill. salv. fore. Vultej. ad Instit. d. tutel. n. 5. & antea gesta ipso jure nulla sunt l. 4. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est.* Equidem de jure Romano à satisfatione immunes sunt Tutores testamentarii, quos pater liberis suis impuberibus in ipsius potestate constitutus testamento dederit *l. 17. ff. d. test. tutor.* horum enim fides & diligentia ab ipso testatore est approbata, idoneique sunt electi *d. princ. Inst. d. satisfat. tutor.* neque qui ex inquisitione à Magistratu dati sunt, *l. 4. C. d. tutel. vel dati à Matre testamento, non onerantur satisfatione, quia cum inquisitione confirmantur l. 2. ff. d. confirm. tutor.* Hodie vero ex allegatis Reversibus Imperii Carol. V. d. anno 1548. & Rudolphi II. d. anno 1577. Omnes tutores indistincte, sive testamentarii sint, sive legitimi sive dativi tenentur satisfacere antequam tutelam vel curam suscipiant, & quidem datis fidejussoribus, cum hæc omnium firmissima credatur. Hinc excluditur cautio pignoratitia atque juratoria *l. 2. C. d. tut. & cur. qui satisfat. non ten. Hilliger. ad Donell lib. 3. c. 11. Faber ad l. 1. ff. qui satisfat. cog. D. Ungebauer exerc. 4. quæst. 12. in nego. adeo ut nisi cautionem offerre velint, possint captis pignoribus vel plane removeri d. l. 2. unde vulgatum illud: **Es ist besser daß der Pupill sein Geld im Kassten behält / als daß des Tutoris Hand. Schrift darin fällt.** Quanquam de praxi hodierna hæc per fidejussores satisfandi necessitas non tam scrupulose observetur, testante Carpzov. *in Jurispr. for. part. 1. c. 5. def. 7.* sicuti Jure Saxonico tutorem, qui proximus est hæres pupillæ, à satisfatione plane immunem esse docet Georg. Schulz*

*Synops. Instit. tit. d. satisfat. tutor.* Ab hæc securitatis præstatione tam personali quam reali immunis est *Pater*. Certe inverecundum esset, à sacro patrisfamil. nomine exigere fidejussorem, nec ejus fide & administratione esse contentum, cui pristinae leges, ex confidentia consilii vobisque in familiae commodum, merum & absolutum dederunt in his rebus imperium & dominium *l. fin. 1. §. 4. in fin. C. d. bon. qu. lib.* Socin. Jun. *lib. 2. cons. 72. n. 2.* D. Fromman. *c. l. 2b. 35.* & cavendi necessitas ipso jure ei est remissa, Magnif. D. Struv. *in syntagm. Jur. Civil. usufruct. quemadm. cav. 2b. 71.* licet paterfamil. administratur immobilia non possideat *d. l. fin. C. Modest. Pittor. part. 1. qu. 33.* & licet substantia in pecunia tanquam re usu consumibili consistat *arg. d. l. fin.* Fallit tamen hoc, si Pater dilapidet bona; tunc enim fidejussoribus cavere tenetur, Hering. *d. fidejuss. c. 6. n. 81.* vel si ad secunda vota transeat, Pinell. *ad l. 1. C. d. bon. qu. lib.*

Th. XX. Tutor jure Justiniano ultra satisfactionem *juramentum* præstet necesse est, & tactis SS. Evangelis coram Magistratu edicat, se fideliter mandatam provinciam administraturum, neque prætermissurum ullo modo, quæ è re pupilli fore existimaverit, neque admissurum forte quæ inutilia & minus proficua deprehenderit, *l. 7. §. 5. in fin. cum Auth. seq. C. d. curat. furios. Novell. 72. circ. fin.* idem est de jure Rom. Germanico in *dict. Ordin. Polst. ibi:* Auch mit Gelübden und Eyden beladen werde, daß Er seinen Pflögkindern und ihren Güthern getreulich und erbarlich vorsehe &c. formulam hujus juramenti vid. in *oram. Camer. p. 1. tit. 76.* Quæ tamen juramenti præstatio in divetudinem abiisse, & hodie promissionem sine juramento fieri testatur

statut Carpz. p. 2. c. 11. def. 6. n. 5. ne reddatur difficultas  
 invenire tutores. Magnif. D. Struvius in *Syntagm. Jur.  
 Civ. exerc. 31. tb. 35.* Ab hac tamen juramenti præsta-  
 tione immunis est Pater arg. l. fin. §. 4. in fin. C. d. bon.  
 qu. lib. siquidem nullibi hanc à patrefamil. exigi depre-  
 henditur, D. Fromman. d. l. tb. 34.

Th. XXI. Quibus ita consideratis sequitur *Obje-  
 ctum* circa quod versatur administratio, nempe *pecunia*.  
 Ubi considerandum est, objectum ipsum; interest an  
 adhuc: statim ab initio susceptæ administrationis adfic  
 pecunia in bonis pupilli numerata; an vero administra-  
 tor ex aliis rebus pupillaribus pecuniam comparare ne-  
 cesse habeat, v. g. alienando rem vel immobilem vel  
 mobilem. Si res immobiles & quæ iis æquiparantur a-  
 lienari debeant, *Tutori* multa veniunt observanda, Jo-  
 doc. Damhouder. *trækt. d. subbation. c. 2. n. 11.* inpru-  
 mis iusta alienationis causa, eaque necessaria l. 22. C. d.  
*administ. tutel. l. 6. C. de præd. minor.* non enim passim  
 distrahi jubere prætori tributum est, sed ita demum si  
 urgeat æs alienum, l. 9. §. 14. ff. de reb. cor. qui sub tut.  
 Carpzov. p. 2. c. 11. def. 28. ubi responsum affert. Ob-  
 nun gleich der Amtschröffer in solchen Kauf gewillig-  
 get, da aber dennoch eurem Bericht nach euere Vor-  
 münder solche Güther wohl hätten erhalten können/  
 und dringender Schulden oder anderer erheblichen  
 Ursachen halber dieselbe nicht verkaufen dürffen / so  
 wäre solcher Kauf nichtig und unkräftig. Quanam  
 fit iusta & necessaria causa docet Ulpianus in l. 9. §. 14.  
 ff. d. reb. cor. qui sub tut. sunt. adde Carpzov. p. 2. c. 1. d.  
 28. Perez. in *Cod. d. præd. minor.* ubi docent, præter æs  
 alienum alias iustas causas hujus alienationis dari, scil.  
 causa

causa alimentorum, si forte annui reditus & proventus alendo pupillo non sufficiant Molin. d. *Jus. & Jur. tr. 2. disp. 224. n. 22.* vel causa studiorum, quæ alimentorum & dotis causæ comparatur l. 4. ff. *ubi pupill. educar. Job. à Sande d. probib. rer. alien. c. 1. n. 46.* præterea secundo requiritur Causa cognitio l. 12. l. fin. C. d. *præd. min. Ord. Imp. Polit. d. anno 1557. tit. Von Pupillen und minderjährigen Kindern 32. §.* Item daß Er ibi: noch dieselbe ohne Vorwissen, Erkändnis und Decret der Obrigkeit / & Judex probe excutiendum habet, an aliunde possit pecunia ad extenuandum æs alienum expediri; unde querere debet an pecuniam pupillus habeat in numero, vel in nominibus, quæ conveniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in reddituum spe atque obventionum l. 5. §. 9. ff. d. *reb. eor. qui sub tut.* Item inquiret, num alia res sint, præter prædia, quæ distrahi possint, ex quarum pretio satisfieri possit d. l. 5. §. 9. D. Lauterbach. *dissert. d. Alienatione rer. quæ minor. sunt thes. 34. & tertio Judex. Decretum* interponat, illoque rem distrahi permittat l. 6. l. 12. l. fin. C. d. *præd. min.* Carpzov. *lib. 5. Respons. 69. n. 3.* Illudque decretum ex justa causa prævia cognitione requiritur etiam in alienandis rebus mobilibus, quæ servando servari possunt l. 22. C. d. *admin. tut.* quales esse censentur aurum, argentum, id est, aurea & argentea vasa, aurei annuli, aut aurum & argentum infectum vid. l. 19. pr. §. 20. ff. d. *aur. & argent. leg.* Quibusnam vero in casibus decretum Judicis salva alienatione abesse possit, lege D. Lauterbach. c. l. *th. 44.* Cæteræ res mobiles absque decreto alienantur, & rediguntur in pecuniam ulterius collocandam, & si tutor cessaverit in distractione earum rerum quæ  
tem.



tempore depereunt, suum periculum facit, Magnif. D. Struve in *decisionib. Sabbatin. cap. 22. decis. 4.* Quoad *Patremfamilias* cessat Decretum, ita ut ipse vi administrationis cum libera generali, quam habet, procedere possit *d. l. fin. §. 4.* ibi: *babeat pater licentiam, ex rebus hereditariis* (primum quidem mobilibus, sin autem ea non sufficiunt, ex immobilibus) *sufficientem partem nomine filii venundare C. d. bon. qu. lib.* ubi nulla mentio fit decreti. Quae sententia est communis Bernh. Grav. 2. *conclus. 72. n. 4.* Mascard. *d. probat. conclus. 1149. n. 18.* Pecunia ex re ita redacta, inprimis quod debito soluto adhuc superest, quin sit pupillaris nil est quod obster; Cum enim res alienata seu vendita fuerit pupilli, illud ipsum quoque quod in ipsius locum surrogatur ejus manebit; atque Administrator sive Parens sit sive Tutor pro ea vel servanda vel elocanda obligatur, ut proinde mirum sit, nonnullos asserere pecuniam ex re pupilli vendita redactam non esse pupillarem vid. Brunnem. *ad l. 6. C. d. rei vindicat.* D. Haberkorn. *d. concurs. & prat. Creditor. cap. 2. n. 273. & seqq.*

Th. XXII. *Forma* administrationis in eo est, ut non solum conservetur, quoad quantitatem, sed etiam augmentur. Quod *Patrem* attinet, in ipsius arbitrio positum est, pecuniam pupillorum in arca repositam retinere velit an fanori dare; nam ipsius patris utilitas ratione ususfructus ibi versatur, annon autem, si possit, elocare neque id faciat, & periculum vel damnum fiat, ab resarciendam teneatur, infra videbimus. *Tutor* pro pecuniis pupillaribus, si sufficiant, praedia comparet *l. 7. §. 7. ff. d. administr. tutor. vel curat.* Wesenb. *in parat. ibid.* tutius enim omnino est adversus omne fortunae injuriam

juriam & amissionem, patrimonium & facultates ejusque in solo consistere, Denn Fahrnis kan leichtlich verlohren werden / und ist auch sonst nicht so würdig. Idem *lib. 6. consil. 378. n. 40.* Non autem per prædia intelligimus nuda ædificia, ut sunt prædia urbana, quæ omnino incendio vel alio casu fortuito amitti possunt D. Noricus *diff. de pecun. tuto. colloc. c. 3. §. 2.* sed generaliter quamlibet rerum immobilium universitatem, ut sub se comprehendat agros, prata, possessionem & fundum *arg. l. 60. l. 115. l. 211. ff. de V. S.*

Th. XXIII. Si ergo pecunia emptioni prædiorum destinata est, ut tutissime collocetur haudquaquam lateat tutorem, qualitatem prædiorum esse diversissimam, prout prudenter monet D. Noricus *d. l.* Aliter enim comparantur *Bona Allodialia*, aliter *Feudalia*, aliter *Ecclesiastica*, aliter *Civitatis*, &c. in singulis singularia sunt observanda.

Th. XXIV. Ut pecuniam pupilli in bonis allodialibus h. e. simpliciter propriis. I. feud. 2. II. feud. 29. 42. 44. 45. 48. 51. Erb- und Eigenthümliche Güther vocantur, in quibus quis liberam habet dispositionem, recte collocet administrator, si in foro versetur *Saxonico*, sciat, traditione nuda à Domino rei facta, dominium in emptorem non transferri, quæ alias sufficit de jure communi §. 4. *Instit. de rer. divis. l. 20. C. de pact.* & fit in prædiis inductione in possessionem domus vel fundi *l. 3. ff. d. acqu. poss.* In foro Saxonico autem secus est, nisi accesserit à parte Alienatoris *Abdicatio possessionis*, daß Er die Lehen am Hause oder Grunde auflasse / ex parte Emtoris Recognitio, daß Er dieselbe wiederum von den Lehenherrn zu Lehen empfahe / gegen

gen Entrichtung gebührenden Lehen = Geldes Decif.  
*Elect. Saxon. 61. Carpzov. part. 1. c. 28. d. 21. n. 4. part. 2.  
 c. 31. d. 13. ead. part. c. 38. d. 13. ead. part. 2. c. 39. Coler. d. pro-  
 cess. execut. p. 1. cap. 10. n. 199.*

Th. XXV. Pecuniam in comparationem Pradii  
*Feudalis* collocaturus probe observet, illius comparatio-  
 nem sine consensu *Domini* Feudi, & omnium, in diversis  
 licet & remotioribus gradibus *Agnatorum*, imprimis de ju-  
 re Saxonico *simultanee investitorum*, minime tutam cele-  
 brari, siquidem eorum consensus necessario ad hunc ac-  
 tum requiritur per *Ordinat. Torg. Anno 1583. tit. Wel-  
 cher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten / vers. mit  
 Consens des Lehnherrens und Bewilligung aller Mit-  
 belehnten / Hartm. Pistor. 2. qu. 7. n. 42. & seqq. Carpzov.  
 p. 2. c. 48. d. 7. num. 1. 2. 3.* Quod si plures adsint *Domini*,  
 omnium consensus adesse debet, & licet major pars con-  
 senserit, minor pars non tenetur illud sequi, *Berlich. 1. de-  
 cif. 125. Carpzov. p. 2. c. 45. d. 27. & p. 2. c. 48.* Si tamen  
 aliqui non consenserint, feudum pro rata committitur 2.  
*feud. 38. vers. & ideo. Rosenthal. c. 9. coucl. 30.* An autem  
*Domini* banniti consensus requiratur? *Gail* negativam  
 tenet 2. *d. pace. public. 15. n. 7.* cum aliquod *ibid.* allegatis  
 rationes vide apud *Eundem*. Sufficit tamen hic, quoad  
*Dominum*, si vel tacitus saltem adsit consensus, veluti si  
 alienationi praesens sit, nec contradicat, cum contradi-  
 cendo actum impedire possit *arg. l. 4. ult. ff. d. fidejuss. tut.  
 quam pro communi & opinione tradunt Clarus d. §. feu-  
 dum. quest. 31. §. fin. Schrader. part. 8. c. 4. n. 2. Fachinæ.  
 7. controvers. 80. Schurff. cent. 1. conf. 41. n. 3.* ubi etiam nu-  
 dam scientiam cum taciturnitate conjunctam *Domino*

praedjudicare vult, cui tamen recte contradicit Wesenb.  
d. feud. c. 10. n. 13. Ludwell. d. feud. c. 17.

Th. XXVI. Pecuniam tutelarem in emptionem  
annorum reddituum tutissime collocat administrator, **zur**  
**Erkauffung Jäblicher Renten / Zinsen und Gül-**  
**den / Pachten / Gefälle und Einkommen /** Paul. Bul.  
lib. 1. d. ann. redit. c. 1. qualis contractus, licet à nonnullis  
impugnetur, maxime licitus est, vid. Decian. consil. 2. n.  
70. Gail. lib. 2. observ. ibique. Grav. concl. 7. Magnif. D.  
Strav. Syn. Jur. Civil. disp. 27. th. 57. Carpzov. p. 3. c. 24.  
d. 12. Jure Canonica cap. 1. § 2. d. empt. & vend. Extra-  
vag. ubi Panormit. in 7. § 8. & Canonista X. d. usur. & Re-  
cessibus Imperii d. anno 1548. sub tit. von Wucherlichen  
Contracten, §. Und nachdem die Wiederkauffe, Gül-  
den. Quomodo autem differant usura & redditus annui,  
monstrat D. Tabor d. alter. tant. part. 3. art. 1. n. iii. Sci-  
endum tamen est, hanc emptionem fieri debere justo &  
constituto pretio, ita, ut pretio centum florenorum re-  
spondeant annui redditus quinque florenorum secundum  
Reformat. Polit. de anno 1577. tit. 17. §. Und nachdem die  
Wiederkauffe, Gülben. Verb. So sollen mit 100. Fl.  
Haupt-Gel. es nicht mehr denn fünf-jährlicher Gül-  
den wie gebräuchlich gekauft werden. Ceterum  
si res in centu mere reali tran-eant, requisita sunt obser-  
vanda, quorum est, ut constituatur super re immobili  
libemus. 4. in princ. ibi: annonas civiles C. d. SS. Eccles. l.  
hac edictali 6. §. hic illud C. d. secund. nupt. Carpz. p. 3. c. 24.  
d. 1. 2. 3. ubi praedjudicia adfert, aut quae pro immobili ha-  
betur, nisi de consuetudine & locorum statutis introdu-  
ctum fuerit, ut centus seu redditus inter mobilia compu-  
tentur, Moller. ad Const. Elector. p. 3. 24. de sui natura fru-  
ctifera,

Cifera, quæque certa sit, seu suis finibus designata. II. Ceterum pretium Hartm. *obs. 99.* III. Ut emptor reddituum seu talium pensionum annuatim sibi inferendarum à venditore pretium integraliter & realiter venditori offerat, & statim numeret, *conf. c. 1. & 2. in Extravag. d. emt. vend.* IV. Ut emptor annuorum reddituum redimibilia non habeat facultatem repetendæ sortis, sed cogatur pecuniam relinquere penes ipsum venditorem, quamdiu solvit vel infert pensiones venditas, *vid. Carpzov. p. 3. c. 24. d. 16. D. Hahn. in observ. ad Wesenb. tit. d. usur. & fruct. n. 14. per Constitution. Imperii d. anno 1548. ibi: Die löse Kündigung der Gütherverschreibung soll bey dem Verkaufer und nicht bey dem Käufer stehen.* V. Quod venditor idoneus debitor reddituum quocumque velit libere absque alicujus requisitione aut contradictione possit ipsum annuum censum in toto, vel in parte pro eadem denariorum summa, quam ab emptore acceperit, extinguere vel redimere, & se ab illius census solutione & tunc penitus liberare *Extravag. commun. 1. & 2. d. empt. & vendit. Maximil. Carol. V. & Rudolph. II. Constitutionibus.*

Th. XXVII. Pecunia prædia Ecclesiastica acquiratur prudenter rem agat, ne & prædio cadat & pecunia. Plus enim quam notum est Alienationem bonorum Ecclesiasticorum severe prohiberi tam Civili, quam Canonico jure, & pœnas tam in alienantes & accipientes res Ecclesiasticas esse constitutas Jure Civili, *l. 14. cum aurb. hoc Jus porrectum l. 24. C. d. Sacrosanct. Eccles.* ita ut contractus sit ipso jure nullus, & acquirens pretium Oeconomico datum perdat, Jure Canonico uterque alienans pariter ac accipiens ab Ecclesia ingressu arceatur, & excom-

municationem incurrat *can. indigne. 21. caus. 12. qu. 2. cap. se quis 6. d. reb. Eccles. non alien.* Dantur tamen casus, in quibus ejusmodi alienatio omnino permittitur; scilicet si adsit justa alienationis causa *l. 17. §. 1. & 2. C. d. Sacrosanct. Eccles. v. g. pro solvendis Ecclesie debitis, Tusch. tom. 1. Conclus. practic. lit. A. concl. 217.* Observentur *Solemnitates* pro forma interductæ, quibus non servatis, causæ licet sint veræ, tamen alienatio non valet *Tusch. d. l. 271.* Consistunt autem I. in *Tractatu*, hoc est, consultatione de facienda alienatione, num expediat, & quæ res potius alienari debeat *Tusch. d. l. conclus. 276. num. 53. & 59.* II. Ut fiat cum *consensu Capituli*; quoniam Capitulum cum Episcopo unum est corpus, ejus caput est Episcopus *c. 4. X. d. bis, quæ sunt à Pralat. sin. conf. capit.* neque unum sine altero quid facere potest. III. *Autoritas Episcopi, auth. hoc Jus porrectum C. d. Sacros. Eccles.* IV. *Confectio Instrum. l. 17. §. 2. C. d. Sacros. Eccles. add. Tholosan. in Synagm. Jur. Univers. lib. 25. cap. 8. n. 18.* Quibus solemnitatibus (exceptis tamen iis casibus, ubi nullæ observantur solemnitates, vid. *Tholosan. c. l. Francisc. Duaren. d. benesic. Ecclesiast. lib. 7. cap. 7. Barbol. in Collectan. ad tit. X. d. reb. Eccles. non alienand.*) non observatis pecunia impensa erit deperdita atque Administrator periculum sustinebit.

Th. XXVIII. Similiter provide agat administrans in emendo *fundo dotali* vel pecuniam dando, ut hypothecæ loco habeat prædium. Dicitur autem fundus dotalis, cujus Dominium ex causa dotis marito est quasi-tum. D. *Lauterbach. diff. d. fund. dotal. th. 17.* per fundum dotalem novissimo jure intelligimus res omnes soli sive prædia, tam rustica quam urbana; uti etiam generali

nerali prædiorum nomine appellatur *l. 1. C. de fund. dotal.* quamvis enim maritus fundi dotalis Dominus sit *prinç. Inst. quib. alien. lic. vel. non l. 75. ff. d. jur. dot.* Non tamen *ne consentiente quidem uxore* alienare illum neque oppignorare potest *d. pr. Inst.* in tantum, ut hæc alienatio nec juramento uxoris consolidari queat, utpote contra prohibitionem legis expressam facta *l. 5. C. d. legib.* Secus autem est de jure Canonico, quo jusjurandum servandum est *cap. cum. contingat. 28. d. jurejur.* Jcti Wittebergenfes teste Frieder. Pensold. *in addit. ad Matth. Coler. decis. 286.* certa requisita tradunt, ut dotalis fundus, vel uxoris immobilia valide alienari possint, scilicet I. mariti consensus adfit, textus *in Landrecht lib. 1. art. 31. & art. 45.* II. præter consensum mariti etiam alius curator uxori adjungatur, Wesenb. *ad tit. ff. d. fund. dotal. n. 7.* III. ut authoritas Magistratus, sub cujus jurisdictione bona immobilia sita sunt, interveniat. IV. ut causa cognitio præcedat an alienatio utilis sit & necessaria. Et hæc requisita omnia conjunctim adesse debent, adeo ut uno ex illis deficiente, alienatio bonorum immobilium uxoris protinus nulla sit, sed uxor & ejus heredes aut possessorem illorum bonorum *actione reali* convenire, & bona ab eo vindicare, aut contra maritum actione personali ad pretium & interesse agere possint, Berlich. *part. 3. conclus. 29. n. 95. & seqq.* Patitur tamen hæc de fundo dotali non alienando prohibitio suas exceptiones, quas vide apud Joh. à Sande *tract. d. prohib. rer. alienat. part. 1. c. 10. n. 8. & seqq.*

Th. XXIX. Sunt adhuc plures res, quæ cum alienari libere non possint, Administrator pecuniæ pupillo ita provideat, ne aliquando res & empta vindicari possit,  
com-

comparans vero damnum resarcire obstrictus sit. Sic rei litigiosa prohibita est alienatio *t. t. ff. & C. d. litigiosis*. Res fidei commissio subjecta, d. quibus vid. Knipschild. *de fidecommis. famil.* Res pupillorum & minorum, quæ non nisi interventibus certis solennitatibus alienari possunt, *t. t. ff. d. reb. eor. qu. sub tutel. & C. d. prædis, & aliis rebus Minor. fin. decret. non. alien.* Carpzov. *p. 2. c. 11. d. 28.* Res Civitatis absque solennitatibus emi nequit, de quibus vid. *tot. tit. C. d. præd. decur. sine decret. non alien.* ibique Perez & Brunnem.

Th. XXX. Administrator pecuniam pupillarem non male collocare videtur *in disjunctionem seu exsolutionem debitorum wenn man anderer Leute Schulden von seinem Gelde bezahlet / und dadurch des Creditoris Recht wider den Debitorem erlanget* Tabor. *in coroll. 4. part. elem. D. Noricus d. l. §. 14.* Et ejusmodi disjunctionem receptam esse docet *tot. tit. C. de bis qui in priorum Creditorum locum succedunt.*

Th. XXXI. Non male collocatur pecunia in refectioem & conservationem prædiorum. Nam licet interierit illud prædium casu nimirum vel dolo & culpa alterius, possunt iudicio negotiorum gestorum expensæ peti *l. 22. ff. d. neg. gest.* duo tamen conjunctim requiruntur, 1. ut pecunia nominatim & specialiter ad refectioem & reparationem prædii sit mutuo data & collocata, 2. ut pecuniam in hæc causam, non in alium usum esse versam probetur *l. 5. ff. qui potior. in pign.* D. Noricus *d. l. §. 10.*

Th. XXXII. Si neque prædia neque aliæ res adsint, quibus pecunia tuto impendi possit, tunc in mutui dationem sub favore collocanda est. Ubi quaestio incidit:



cidit: An possit pupillus, pecuniam quam habet mutuo dare absque tutoris auctoritate? Quamvis quilibet, qui dominus est, rerum suarum sit moderator & arbiter l. 21. C. mandati cum firmissima fundamenta nostræ libertatis sint, sui quemque juris, & retinendi, & dimittendi, dominum esse, uti Cicero ait in orat. pro Cornel. Balbo. ad ista tamen regula excipitur Pupillus, qui quidem dominus est, non tamen res suas alienare potest, rationem dat Perez. ad §. 2. Inst. quib. alien. licet vel non ne temere patiatur rerum suarum dispendium, pupillus enim non bene intelligit, quod agit, ideoque iudicium ejus suppleri debet per tutorem; vel uti Hopper ad d. §. habet, quia alienatio innitur administrationi, quam pupillus non habet. Est itaque pupillus persona ad transferendum dominium inhabilis, Manzius in comment. ad d. §. l. 11. ff. d. acquir. rer. domin. l. 3. ff. ad SC. Macedon. l. 19. §. 1. ff. de reb. cred. l. 9. in princ. ff. d. autor. & consens. tutor. quibus præsuppositis sequitur pupillum absque tutoris auctoritate mutuum dare non posse, quia mutui datio est alienatio, & pecunia fit accipientis, ast alienatio absque tutore facta est nulla. Casus est: Casparus puer 13. annorum habet 100. Ducatos ungaricos, quos ad instantiam Sejo de facto numerat, tanquam mutuum. Sejus accipit pecuniam, atque eam dat Cajo. Hic solvit Sempronio. Postmodum intelligit Tutor Caspari numeros istos esse penes Sempronium. Quæritur, num eos ab hoc vindicare possit? Respond. Quoniam mutuatarius non aliter obligatur, nisi per actualem rei mutuatae dationem, pr. Inst. quib. mod. re contrab. obl. hoc autem casu pecunia non est data, ( dare enim est dominium transferre ) propterea accipiens ex mutuo non obligatur,

E

tur, & per consequens non erit mutuum *d. §. 2.* Manet ergo dominium penes pupillum, neque ita dando illud amittit, ejusque administrator vel tutor adversus Sempronium tanquam possessorem actionem realem & quidem rei vindicationem pro recuperandis suis nummis habet *§. 1. Inst. de action.* Ponamus autem nummos istos bona fide esse consumptos atque ita distractos, ut nesciretur, ubinam sint; *habebit ne pupillus actionem personalem adversus accipientem?* Videtur quod non, quia ista actio præsupponit obligationem, quæ in præsentem casu cessat; Respondet tamen Imperator, quod habeat Conditionem seu actionem personalem, quia nummi bona fide consumpti vel cum aliis immixti *l. 78. ff. d. solut. condici* possunt, res enim extinctæ, licet vindicari nequeant, condici tamen possunt *§. 26. Instit. d. rer. divis.* non quidem quasi ex mutuo, sed ex æquitate naturali *l. 23. ff. d. Reb. cred.* & quod prius non erat mutuum, hoc post consumptam pecuniam habetur pro mutuo, Myning. ad *§. 2. Inst. quib. alien. lic.* nam per consumptionem reconciliatur & reconvalescit mutuum, acquiritur conditio *l. 12. ff. d. reb. cred.* Manzius ad *d. l. Inst. n. 12.* Simili ex ratione Pupillus debitor non potest pecuniam Creditori ad solutionem legitimam præsentare *l. 14. ff. d. scult. l. 9. §. 2. ff. d. aut. & consens. tut.* Oblatio enim tendit ad alienandum *l. 72. ff. d. solut. l. 9. C. cod. l. 1. si advers. solution.* quali alienandi potestate pupillus destituitur *dict. §. ult. Instit. quib. alien.* idcirco quamvis offerat & solvat, solutum tamen non facit accipientis, sed perinde ac si indebitum solvisset, repetit *l. 19. ff. d. condict. indeb.* Quaritur: *An pupillus mutuum absque tutoris autoritate possit accipere?* Quoad obligationem Civilem

tem res clare est, scilicet ea pupillum ob iudicium pupillarive ætatis imbecillitatem non teneri; *Naturali vero obligatione astringi l. 1. d. novat. l. 25. §. 4. quand. dies leg. vel fideic. ced.* quoad actum primum; Actu vero secundo, & ut naturalis hæc obligatio suos contra pupillum sortiatur effectus, qui alias eum consequuntur, pupillus pro obligato non habetur, quoniam ipsi ob favorem ætatis pupillaris, ne damnum incurrat, à jure civili impediuntur, *arg. §. 6. d. capit. diminut. l. 59. Oblig. & Act.* ratione vero aliorum, naturalis obligatio suos producit effectus. *l. 127. d. V. Obl.* Nisi pupillus ex contractu ipso factus sit locupletior *l. 1. §. 15. deposit. l. 66. d. solut.* quo casu sine tutoris auctoritate non solum naturaliter, sed etiam ex constitutione Divi Pii civiliter obligatur, *Magnific. D. Strüve syntagm. jur. civ. exercit. 6. tb. 39. & in dissertat. d. Musuo tb. 9. D. Hahn. ad Wesserb. d. pact. n. 5. Forster. tract. d. pactis cap. 5.*

Th. XXXIII. *An autem necessario Pecunia pupillaris fanori danda sit, Q.?* De jure novissimo *Novell. 72. cap. 6. & 7. & authent. novissime C. de administr. tut.* tutori hæc necessitas augendi patrimonium pupilli remissa videtur, nec cogitur scænebrem dare, nec in emptionem prædiorum collocare pecuniam pupilli & minoris, sed sufficit exactam diligenter reservare, vel caute reponere, *Perez. in exposit. C. de administr. tut. num. 11. ne usurarum appetitione & dulcedine l. 10. §. 10. in fin. qua in fraud. creditor.* antiqua pecunia cadat & periclitetur *d. Novell. 72. c. 6.* quo casu pupilli periculo vacat *l. 102. d. solut.* Nisi omnis substantia pupilli in mobilibus consistat, ubi fanori dari potest & debet, ut exinde sustentetur pupillus. Verum & jure Digestorum & Codicis ad-

ministrator tenetur pecuniam pupillarem fœnerare, *l. 3. §. ceteri 2. l. 13. §. non est. l. 7. §. 2. §. 15. d. admin. tut. l. 24. C. eod. l. 42. §. 7. C. d. Episcop. & Cleric. l. 3. C. d. usur. pupill.* Welſenbec. *parat. d. adminiſtr. tut. n. 4.* Manzius *d. tutel. qu. 3. n. 9.* Hartm. Pistor. *p. 1. qu. 49. n. 29.* ubi dicit, si tutor una cum sorte etiam usuras solitas & consuetas pupillo reddat, mox contra ipsum sinistram apud plerosque oriri suspicionem, eum in propriam suam utilitatem pecunia pupillari usum fuisse, & negotia pupilli non satis bona fide gessisse, ut vel propterea tutor, si suspicione ista se liberare, atque existimationis suæ justam habere rationem velit, pecuniam pupillarem sub fœnore mutuam dare debet. Quod etiam hodie in Saxonia observatur. Carpz. *p. 2. c. 11. def. 22. c. 30. d. 3. & lib. 5. Resp. 70.* Ad quidnam teneatur administrator, si intermittat fœnori dare pecuniam pupillarem, *vid. infra tb. 38. & seqq.* Est tamen hujus regulæ exceptio; Nisi media elocandi pecuniam pupillarem idonea defecerint, excusatur Tutor, si non fuerit idoneus, cui crederetur, vel prædia venalia non extiterint *l. 12. §. ult. cum l. seq. ff. d. admin. tut. & curat.* Sapius enim periculum est, tuto non posse dari mutuo pecuniam, cum experientia doceat, quam difficile sit idoneis credere nominibus; Tunc enim suo satisfacit officio tutor, si pecuniam diligenter custodiat atque deponat, *Authent. novissime C. d. adminiſtr. tutor.* melius namque est pecuniam in antiquo tutamine permanere, quam usurarum appetitione antiquam pecuniam amittere *d. Nov. 73. c. 6. D. Brunnem. ad tit. C. d. adminiſtr. tut. vel curat. princ.* Si deplorata nostra consideremus tempora, in quibus toties mercatores decoquunt, qui ditissimi putabantur, non posse  
im-

imputari existimarem tutori, quod non scenori exposue-  
 rit, Rittershus. *ad Nov. p. 8. c. 6. n. 7.* atque in hunc mo-  
 dum in Collegio Domin. Jctorum Jenensium anno 1625.  
 responsum fuit: Würde Product, inmassen Er zu thun  
 schuldig / uf vorhergehende ernste Verwarnung der  
 Straffe des Meynenbes eydlich erhalten, Daß Er  
 möglichen Fleiß angewendet / beydes die Anno 1621.  
 und Anno 1622. seiner Pflgetochter halber einge-  
 bene Gelder wieder unter zu bringen / aber dazu nicht  
 gelangen können / vielweniger habe Er oft was da-  
 von ausgegeben / und in seinen Nuß gewendet / son-  
 dern daß eben die Gelder / so Ihm behändiget wor-  
 den / noch bey Ihm vorhanden; So ist Producentin  
 ihrer Schuld halber / so viel daran noch hinterstän-  
 dig / von Producten mit denselben Geldern / und in  
 dem Werth, wie Er sie empfangen / sich befriedigen  
 zu lassen schuldig. D. Richter. *decis. 13. n. 7.* lidem anno  
 1623. pronunciarunt: Wann Ihr als Vormünder das  
 Euere und so viel euch in Vormundschaft obliegen  
 wollen / darbey gethan: So seyd ihr euren Münd-  
 lein die eingehobene Gelder an schwerer Mühe zu  
 ersetzen / und den Abgang von den euren zu erfüllen  
 nicht schuldig / sondern damit zu verschonen. *Quis*  
*autem commodam occasionem collocandi pecuniam probare*  
*debet, Tutor an Pupillus?* Resp. *Pupillus*, qui hanc ob cau-  
 sam tutorem convenire vult, facultatem honeste collo-  
 candæ pecuniæ tutorem habuisse, vel prædia venalia fu-  
 isse, ut vel eam collocare vel prædia venalia emere po-  
 tuerit, probare necesse habet Menoch. *in tract. recuper.*  
*possess. remed. 7. n. 23.* & ita Scabini Lipsiensis responde-  
 runt teste Carpz. *c. 1.* Es wäre denn / daß bemeldter  
 Vor

Vormund keine bequäme und taugliche Mittel gehabt / solche Gelder umb Verzinsung auszuzuhuen / oder sonsten nüglichen anzuwenden / auch ein anders von Euch nicht erwiesen / noch beybracht werden möchte / dessen genöffe Er auf den Fall billich / *W. N. W.* Audiendus non est tutor, si dicat, ideo necessas se in comparatione prædiorum, quod idonea non inuenerit, si arguatur eo tempore idonea sibi prædia comparasse *l. 3. ff. d. adm. tut.*

Th. XXXIV. Administrator pecuniam pupillarem mutuo collocaturus usuras licitas stipuletur, & majoris affecurationis causa procuret, quo constituantur pignora, hypothecæ & fidejussores; Expedit enim pignori potius incumbere, quam in personam agere *§. 14. Inst. d. oblig. quæ ex del. nasc.* in foro Saxonico caveat, ne Judicis vel Magistratus ordinarii autoritatem intermittat, non enim aliter valer constitutio pignoris, nisi Ipse confirmaverit, *Const. Elect. Saxon. 23. part. 2. Carpz. p. 2. c. 23. d. 1. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 194.* & curet hypothecas & pignora habere cum pacto *Antiebreitico*, ut rem, quæ fructus fert, pignori traditam, loco usurarum legitimarum & compensationis cujusdam liceat retinere *l. 8. ff. in quib. caus. pign.* seu ex fundo vel agro oppignorato in vicem usurarum fruges percipere *l. 11. §. 1. ff. d. pign. & hypoth.* vel sub pacto *Commissorio*, non illicito illo, quod in *l. ult. C. d. pact. pign. & Recess. Imp. d. anno 1577. sub Ordin. Polir. tit. 10. §. und diesel weil man* &c. severe prohibitum est, sed licito quo conventum est, ut pecunia destinato tempore non soluta, res pignorata empta esse debeat, justo scil. pretio constituto, vel tunc boni Viri arbitrio constituendo. *D. Noric. d. l. c. 4. §. 5. Collo.*

Collocanti pecuniam sub oppignoratione bonorum uti-  
 le est pactum executivum, de quo consulatur Coler. *de*  
*proc. execut. p. 1. c. 5. n. 1.* ut in casu commissa more Cre-  
 ditor vel collocans habeat licentiam processum ab exe-  
 cutione inchoandi, & propria autoritate occupandi bo-  
 na debitoris oppignorata vid. Carpz. *p. 1. c. 32. def. 27.*  
 vel sub clausula *Constituti possessorii*, cujus vigore Cre-  
 ditor nulla bonorum debitoris discussione facta, tan-  
 quam sua possessione privatus, recta agit contra tertium  
 ad revocandam suam illam possessionem, quam ex hu-  
 jusmodi constituto obtinebat, per conditionem ex l.  
*ult. C. d. acquir. possess. D. Noric. d. l. §. 6. Coler. d. pro-*  
*cess. execut. p. 1. c. 5. n. 14. D. Ritcke dissert. de Constituto*  
*possessorio cap. 2. ubi habet formulam: P. P. auch davon*  
*nicht ehe abzutreten / bis so lang sie sich der Haupt-*  
*summa / Zinsen / Schäden und Unkosten zu voller*  
*Genüge / bis auf den eusersten Heller bezahlt gemacht:*  
*Die wir Ihm in Krafft dieses Briefes aufs beste /*  
*als wir zu Recht immer thun können oder mögen /*  
*und es am standhaftigsten seyn kan / cum pacto exe-*  
*cutivo & clausula constituti possessorii hypotheciret und*  
*eingesetzt haben. Hypotheciren, setzen und verpfän-*  
*den auch Ihme und seinen Erben ( und seinen Un-*  
*mündigen ) dieselbe hiemit wissentlich und wohlbe-*  
*dächtlich / mit dem ausdrücklichem Anhang, da es*  
*Ihme und seinen Mitbenannten gelegen / die ver-*  
*hoffene Stück erblich in solitum selbst anzunehmen /*  
*oder zu verkauffen / daß Ihnen solches frey stehen /*  
*und die verhoffene Stück ex æquo & bono angeschla-*  
*gen werden sollen ; Wie denn auch die von solchen*  
*Stücken zu empfangende Nutzung an statt der Zinse /*  
*shre*

ohne Abkürzung oder Verminderung der Hauptsumma gebraucht werden solle &c. adde Jacob. Bornitium *d. Instrumentis & Documentis literariis lib. 2. c. 32. 33. 34. & seqq.* ubi agit, quomodo sint conficienda Instrumenta in quavis pecuniæ elocandæ specie, item in Constitutione pignorum & fidejussorum.

Th. XXXV. In mutuo danda pecunia pupillari, si grossioris valoris sit, v. g. *Thaleri Joachimici*, administrator istius generis nummos *specialiter* in obligationem deducat, ea lege, ut debitor restitutus sit totidem Joachimicos in pari materiæ puritate & pondere, 200. **Joachims-Thaler Stück vor Stück**, & tunc tot numero corpora, quot fuere promissa & accepta, restituenda veniunt in solutione, quod enim creditum est, in eodem genere est reddendum & conventioni standum *l. 3. de Reb. Cred.* neque Creditori nocet, quamvis postmodum valor monetæ minuat, neque debitori, si augetur; sufficiat numerum certum in obligatione deductum solvi, siue carius siue vilius quid accidat solutionis tempore, quam contractus *arg. l. 9. d. aur. & arg. leg. vid. Ordinat. Monet. Ferdinand. d. anno 1559. §. die jetztgemeldete, des Nieder-Sächsischen Krays-Münz-Edict. de anno 1568.* vel idem est, si Administrator thaleros astimatos crediderit, v. g. daß Er die Hauptsumma der 100. Reichsthaler an guten harten wolgeltenden Reichsthalern jeden zu 24. guten Groschen gerechnet, hinwieder erlegen wolle, tunc debitor eos in specie restituere, tenetur Kitzel. *tract. d. Jur. monet. class. 2. qu. 1.* vel si obligatio ab expressione summa incipit, cui postea certæ monetæ species subjecta, v. g. 200. Thaler an 100. Ducaten, aut 100. Ducaten



caten an 200. Thalern, tunc itidem obligatio speci-  
rum esse censetur, totidemque nummi solvendi sunt,  
quot crediti, Kitzel. *tr. d. oblig. mut. cap. 6. concl. 4.*

Th. XXXVI. *Finis* hujus administrationis est, ut  
pecunia tanquam pupillorum nervus, *vid. hujus dissertat.*  
*introitum*, probe conservetur, & pupillus tandem habeat  
substantiam pecunie salvam.

Th. XXXVII. *Effectus* est vel respectu *Patris*, vel  
respectu *Tutoris*, vel respectu *Pupilli*. Respectu *Patris* est,  
quod habeat quasi usumfructum (quod etiam in peculio  
adventitio est liberorum adultiorum) in pecunia ista ipso  
jure l. 3. *C. d. bon. mat.* v. g. *Sejus* duxit *Annam* atque ex ea  
procreavit 3. liberos. Uxor moritur. Postmodum de-  
cedit etiam Avus liberorum Maternus, atque relinquit  
50000. Imperiales in pecunia numerata. Horum pro-  
prietas est Nepotum ex filia, quasi vero ususfructus (po-  
namus 5. pro 100. annuatim, & sic 2500. Imperial. pro usu-  
ris percipere) est penes Patrem, quamdiu patria subsistit  
potestas seu liberi in sacris parentum sunt, & hoc etiam  
de jure Saxonico obtinet. Neque interest alantur à pa-  
tre, vel peregre absint; absentia enim sicuti nec nexum  
paternum solvit, ita nec huic acquisitioni obest l. 17. ff. d.  
*Reb. Cred.* Quid si *Cognatus* quidam alat filium, an tunc  
etiam Pater usumfructum in bonis quæ filii sunt, habeat? *Af-*  
*firm.* jus enim patris potestatis illibatum permanet, ne-  
que alimentorum præstatio hujus acquisitionis funda-  
mentum est, *Carpz. p. 2. c. 10. def. 7.* & hoc interest Pater  
administret pecuniam an Tutor; Hic enim sub usuris  
itidem debet elocare, de quibus *vid. supra Thef. 32.*

Th. XXXVIII. *Q* si *Patris* familias habeat bona em-  
phyteutica, & *emphytevia*, *der Erbzinßmann* / moriatur,  
F ut

ut successor teneatur solvere laudemium, das Lehngeld / an ad Patrem tanquam usufructuarium, an ad filium pertineat? Pro hoc videtur facere, quia habet nudam proprietatem, & emphyteuticarius usufructum, ut proinde Pater respectu hujus fundi frustra usufructum sibi vindicare videatur; Verum pro patre pronuntiandum erit, quia filiofamilias tanquam Domino directo inter alia etiam jus laudemium petendi competit, istius pecuniae commodum pater tanquam rei adventitiae usufructuarius sibi vindicat, vid. Gvid. Pap. *decif. 477.* Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. 50. n. 5.* Franzk. *d. laudem. c. 7. n. 63.* & ita Jcti Jenenses responderunt.

Th. XXXIX. Supra dicta obtinent in peculio liberorum Regulari seu Ordinario. In irregulari seu extraordinario aliter se res habet. Vocatur autem tale, cujus plena proprietas est penes liberos, h. e. tam dominium, quam etiam usufructus. Fit enim quandoque, ut res ab aliquo Parentum vel etiam extraneo filiofamil. ea lege ac conditione deferantur, ne ad patrem usufructus perveniat. *Novell. 117. cap. 1.* Et pater administrat quidem ejusmodi peculium irregulare, Castillo *tr. d. usufruct. cap. 3. n. 59.* Carpz. *p. 2. c. 10. d. 12.* Ejus tamen conditio hoc in casu melior non est, quam alterius cujusque administratoris; unde non modo ad illa omnia, in quibus ipsum ratione adventitii peculii regularis v. g. ab onere rationum redditionis, inventarii confectionis aliisque his similibus supra excepimus, tenetur onera; sed & reliqua, quae administratoribus ratione officii ex legis praescripto praestanda sunt. D. Lauterbach. *dissert. d. peculio adventit. irregular. ib. 22.* Casus est: Uxori male convenit cum suo marito; inque testamento disponit, quod liberi

liberi cum ipso progeniti sint hæredes simulque habeant usumfructum bonorum. Ponamus ergo bona esse 3000. Imperial. Q. Annon pater dispositione non obstante habeat usumfructum in *legitima*, h. e. in 1000. Imperial. ? *Affirmat.* Quia Imperator in d. Nov. Matri & Avia potestatem ita donandi vel relinquendi non simpliciter ac absolute, sed limitate concessit, scil. *postquam reliquerint filijs legitimam.* Lex ergo hæc legitimæ imponi nequit, cui sententiæ subscribunt Magnif. D. Struve *Syntagn. Jur. Civil. exerc. 12. tb. 5.* Perez. *in Cod. ad tit. d. bon. que liber.* Molina *de Just. & Jur. disp. 8. n. 2.* D. Lauterbach. *c. l. tb. 13.*

Th. XL. Respectu *Tutoris*, Nil interest Mater sic an Tutor pecuniam ita collocet, ut de proventibus reddat rationem; Mater enim de Jure Civili non habet usumfructum, quia patria potestate destituitur. Moribus tamen Saxonice mortuo patre etiam matri competere usumfructum, propter onus educationis & alimentationis docent Wesenb. *d. tutel. n. 5.* late D. Richter *decis. 18. n. 11. & seqq.* Magnif. D. Struve *Syntagn. Jur. Civil. exerc. 12. tb. 5.* Et cum supra dictum sit, Administratores pecuniam ad comparandum prædia idonea aut scænoris exponendum obstrictos esse; Quæritur: *Si administrator non bona conditione prædium comparaverit, quamnam culpam præstare teneatur?* *Resp.* De lata tantum culpa, *l. 7. ff. d. adm. & peric. tut.* quod Glossa (quia tutor fecit, quod lex jussit) speciale esse dicit Bart. *in l. quod Nerva n. 53.* quia in comparandis prædiis prudentes etiam patresfamilias spe lucri falli possunt. Brunnem. *ad d. l. 7.* Cujacius *ad tit. C. arbitr. tutel.* Schultes *ad*

Modest. Pistor. *lib. 3. qu. 26. n. 3.* Hartm. Pistor. *p. 1. qu. 49. num. 10.*

Th. XLI. Præstat administrator pecunia pupillariorum culpam non modo *latam sed & levem.* Quoad illam notabilis lex est *2. C. arbitr. tutel. de exactione debitorum nominum paternorum: ibi: Nomina paternorum debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris, minus idonea tempore tutelæ esse ceperunt: Judex, qui super ea re datus fuerit, dispiciet, & si palam dolo tutoris, vel manifesta negligentia cessatum tutelæ iudicio damnum, quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit.* In cæteris autem nominibus regula generalis obtinet, quod à tutore tam levis quam lata culpa exigatur *l. 37. §. 1. ff. d. neg. gest.* si ergo culpa administratoris nomina facta sint vel idonea, quod fit, teste Carpz. *lib. 5. Resp. 70.* si vel nomina paternæ tempore susceptæ administrationis adhuc idonea, per hoc, quod ea tempore oportuno haut exegerit, minus exigibilia efficiantur, vel culpa sua male contracta fuerint, dum scilicet ejusmodi debitori dederit mutuo pecuniam pupillarem, cui diligens & circumspectus paterfamilias non credidisset. Tutor eo casu non modo de dolo, sed etiam de lata & levi culpa tenetur *l. 23. ff. d. reg. jur.* & ita responderunt Scabini Lipsienses anno 1633. Seynd anno 1613. nach Absterben eueres Vatern H. à S. dessen Vettern T. und B. à S. Euch zu Vormunden verordnet / welche sich denn der Vormundschaft Verwaltung unterfangen / und unterschiedene Posten / so sich anno 1624. Ostern auf 21000. Fl. belausen / in die Churf. Sächs. Land- und Tranc. steuer umb Verzinsung ausgethan. Ob nun wohl den

den Vormündern der Mündlein Geld ihnen zum be-  
 ssen umb gewöhnlichen Zins zu verleihen / und da-  
 mit der Mündlein Nutzen zu schaffen und zu beför-  
 dern oblieget / die Mündlein auch nach erlangter  
 Mündigkeit / dergleichen debita auf sich zu nehmen  
 verbunden / dannenhero wohlgedachte Vormünder  
 in denen Gedancken stehen / daß Ihr Euch angereg-  
 ter Post halber / in die Churfl. Sächs. Steuer ver-  
 weisen zu lassen schuldig seyd / bevoraus weil ihr al-  
 bereit dritthalbjährigen Zins selbst eingemahnet /  
 und also das debitum agnosceiret : Da es aber den-  
 noch mit solchem Anlehen / euren Añdeuten nach /  
 diese Beschaffenheit hätte / daß nach euers Vaters  
 Absterben / unterschiedene Capitalia an gewissen Ver-  
 tern umb Verzinsung gestanden / welche die Vor-  
 münder ohne einige erhebliche Ursache aufgekündi-  
 get / in die Churfl. Sächs. Steuer / so nachmals in  
 das Stecken kommen / transferiret / und also durch  
 ihr eigenes factum und Schuld solche debita schwer  
 gemacht / ihr auch nur allein vor Ablegung der  
 Vormundschaft Rechnung etliche Zinsen auf Ab-  
 schlag aus der Steuer eingemahnet / der völligen  
 Zins Rechnung aber / nach erlangter Mündigkeit  
 und abgelegter Vormundschaft / Euch niemals an-  
 gemasset hätte / ic. So möchtet Ihr Euch auch  
 der ausgeliehenen 21000. fl. halber / an die Steuer  
 verweisen zu lassen / und die Steuer-Verschreibun-  
 gen anzunehmen / wider euern Willen nicht gedrun-  
 gen werden / sondern es wären die Vormünder  
 solche Schuld zu gelten und Euch gut zu thun ver-  
 pflichtet / V. R. W.

Th. XLII. Et quamvis periculum nominum maxime à tutore factorum ad ipsum pertineat *l. 18. C. d. administr. tut.* id tamen non aliter intelligitur, quam quando tutor in contrahendo vel exigendo culpam commisit, Hilliger. 15. 19. Unde si tutor tempore contractus seu dum pecuniam pupillarem scœnori dedit, debitor fuit idoneus vel fidem habuit & postmodum bonis cadat, administrator non tenetur per *l. 50. ibi: vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, fuit celeberrimus solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor prestare cogitur, ff. d. admin. & peric. tutor.* Tutor enim tum demum tenetur, si vel non idoneus per culpam locavit pecuniam, veluti si perdituro pecuniam pupillarem credat, Wesenbec. *consil. 47. n. 59. & seqq.* quando autem nec in contrahendo, nec in exigendo culpa tutori imputari potest, nec ipse nec hæredes tenentur. Non enim, inquit Carpzov. *p. 2. c. 11. def. 25.* sufficit ad hoc, ut tutor vel curator periculum sustineat nomina existere inidonea, sed & culpa ipsius intervenire debet, ex qua periculum descendit, ut sic necessario de duobus constare necesse sit, antequam tutor hoc onere gravetur. *Primum*, ut nomina sint inidonea, *deinde*, ut culpa tutoris inidonea facta fuerint. Quorum alterutrum si deficiat, tutor omnino tutus erit, prout fustus tractat Hartmann. Pistor. *quest. 49.* & ita Scab. Lips. responderunt anno 1601. Ob nun wohl anizo solche Schulden nicht wohl einbracht werden mögen / da aber dennoch gedachte Vormünder am fleißigen Einmahnen nichts hätten erwinden lassen / und also nicht durch ihren Unfleiß / Nachlässigkeit und Versäumnis verursacht / daß obbemelte restirende Gelder in wäherender Vormund

mundschafft nicht einbracht ic. So wären sie die-  
